



NAjorum gentium Philosophi sapientiam τῇ μελέτῃ τῷ Θανάτῳ meditatione mortis circumscripterunt; arbitrati ingenuos mundi incolas, in universo vitae cursu, nihil contentius nihil magis meditari debe re quam conditionis humanae fragilitatem, quam mors maximè ostendit; ac proinde nullum studij genus æquè necessarium esse nec disciplinam, quamquam quā mori discimus, & ex illa judicare de reliquæ vitae conditione, quam in mortis perpetuo confinio trahimus.

Per varios casus, per tot discrimina rerum.

Illis demum qui per totam vitam hisce cogitationibus animum imbuerunt, optimam constare impensi temporis rationem, quamvis ad Tithyi aut Nestoris annos hac arte sola instructi pervenerint.

Quamvis verò videatur totum vitæ, præsertim in longa ætate, proscenium abundè materiæ suppeditare agnoscendæ nostræ conditioni; nihilominus quoniam fallax Japeti genus mimum & histrioniam amat exercere sibique palpum obtrudere, nec levato velo rem gerere nisi

A 2

nisi